

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxxvii [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293518)

massa que vocatur amonitrum. Atq; hoc recoquitur & fit vitrum purum ac massa vitri candidi. Iam vero & per gallias hispaniasq; simili modo arene temperantur. Ferunt tiberio principe excogitatum vitri temperamentū vt flexibile esset. Et totam officinam artis eius abolitam: ne eris argenti auri metallis precia detraherentur. Eaq; fama diu crebrior q̄ certior fuit. Vitrum sulphuri cōcoctum ferruminatur in lapidem.

Ca. xxvii. De igne & medicinis eius, & mirandis.

ignis accipit arenas ex quibus alibi vitrum / alibi argentū / alibi / minium / alibi plumbum / alibi pigmenta / alibi medicamenta fundit. Pestilentie que solis obscuracione contrahitur: ignis suffitu multiformiter auxiliari certam est. Ad conuulsa viscera aut contusa. Lix cinis est foci, verba sunt varronis. Inde enim cinis luxatis mēbris potus medetur. Vt licet videre gladiatores cum deluserint: hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi: quo duo consulares nuper absumptos indicauimus: quereus carbo tritus cum melle sanat. Adeo in rebus dānatis, quoq; ac iam nullis: sunt aliqua remedia, vt in carbone & cinere.

Tarquino p̄sco regnante: tradūt repente in foco comparuisse genitale e cinere masculini sexus, eamq; que insiderat ibi: Tanaquilis regine ancillam captiuam: consurrexisse grauidam. Ita Seruiū tullium natum: qui regno successit. Inde & in regia cubanti puero caput arfisse visum.



Liber, xxxvii. Agit de gemmis tam naturalibus q̄ factitiis: earumq; probationibus. Et quibus in locis inueniri queant.

Prologus.

¶ Nichil instituto operi desit: gemme supesunt. & in artum coacta rerū nature maiestas: a multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati / coloribus / materie / decori. Violare etiam signis gemmas: nephas ducentes.

Aliquas vero extra precia vlla taxationēq; humanarū opū arbitantes: vt plerisq; ad sumā absolutāq; rerū nature contemplationē

q̄ ii

fatis fir vna aliqua gemma. Que fuerit origo gemmarum: & quis
bus initiis intantum hec admiratio exarserit: diximus in inuentio
ne anri anulorumq;

Ca. i. De gemma policratis ti-
tanni & tiri regis.

h Is initiis cepit auctoritas intantum amorē elatā: vt policra-
ti fevero famio infularum tiranno felicitatis sue quā nimiā
fatebatur esse: ipse satis piamenti in vntus gemme voluntario dam-
no videretur: si cū fortune volubilitate paria faceret. Planeq; ab
inuidia eius abunde se redimi putaret: si hoc vnum doluisset: Assi
duo gaudio luxus eo profectus: nauigio in altum anulum merfit.

At illum piscis eximia magnitudine: regi natus escis vice ras-
ptum vt faceret ostentum in culinam domini: rursus fortune insis-
fidiantis manus reddidit. Sardonicem eam gemmam fuisse cons-
stat, ostenduntq; rome si credimus: in concordie delubro cornu au-
reo auguste domo inclusam: & nouissimum prope locum tot pres-
latis obrinentem. Post hunc anulum regia fama est gemme pirri
illius qui aduersus romanos bellum gessit. Namq; habuisse tradi-
tur achaten: in qua nouē muse & apollo citharam tenens spectare
tur nō arte: sed sponte nature ita discurrentibus maculis: vt musis
quoq; singulis sua redderentur insignia. Nec deinde alia que tra-
datur: magnopere gemmarum claritas extat apud auctores: pre-
terq; ismenam Choranlem multis fulgentibus vti solitum comitā-
te fabula vanitatem eius dicat in cypro sex aureos denarios pro
smaragdo in qua fuerat sculpta amynione iussisse enumerari.

Ca. ii. de cristalo eius origine
& medicinis ipsius.

Cristalum fit: gelu vehementiore concreto. Nec aliubi certe re-
peritur: q̄ vbi maxime hiberne niues rigent, glaciemq; esse certū
est: vnde & nomen greci dedere. Laudata in europa alpius iugis.
Que vero sine vitio sunt: puras esse mallunt, nec spumei coloris.
Postrema vero auctoritas in pendere est. Inuenio medicos q̄ sunt
vrenda corporum: non aliter vtilius id fieri putare: q̄ cristallina pi-
la aduersus apposita solis radiis. Nero amissarum rerum nuncio
accepto duos calices cristallinos in suprema ira fregit illisos. Hec
ratio seculum suum puniens: nequis alius ex his biberet: fragmē-
ta sarciri nullomodo queunt.

Capitulum quin-
tum: de admirātis
neribus.

Adimum in rebus humanis non solū inter gemmas pretium habet adamas, nō nisi regibus; et hiis admodū paucis cognitus. Genera eius sex noscuntur. Indici nō in auro nascentis; sed quadam cristali cognatione, siquidem & colore translucento non differt. Similis huic arabicus, minor tamen si militer nascens. Incudibus deprehendunt: ita respuentes ictum vt ferrum vtrinq; dissulter: incudesq; ipse dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis, simulq; ignium victrix natura & nunq; incalescēs. Vnde & nomen indomita vis greca appellatione. Vnū ex his, vocant cenchion: quod est militi magnitudine. Alterum macedonicū in philipico auro repertū. Et hic est cucumis semine par. Post hoc ciprius vocatur in cypro repertus: vergens in eremum colorem, sed in medicina efficacissimus. Post hūc siderites ferri splendoris pondere ante ceteros: sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur & alio adamante perforari potest. Quod & cyprio euenit. Breuiter q; vt degeneres: nominis tantum auctoritatem habent. Idq; quod totis his voluminibus docere & mandare conati sumus: de discordia rerum concordiaq; non aliter clarius intelligi potest. Siquidē illa inuisita vis duarum violentissime nature rerum: ferri ignisq; cōtemptrix: Hircino rumpitur sanguine, ac ne aliter q̄ recenti calidoq; macerata. Cuius hoc ingenio inuentum? Quo ve casu repertū? Aut que fuit coniectura experiendi rem immensi secreti: & in fedissimo animalium omnium. Profecto muneris talis inuentio hominis est. Nec querenda in vlla parte nature ratio: sed voluntas. Vt cum felicitate rumpere contingit: in tam paruas frangatur crustas: vt cernivix possint. Expetuntur a sculptoribus ferroq; includuntur nullam non duriciem ex facili cauantes. Adamas possidet cū magne lapide intantum vt iuxta positus: ferrum non patiatur abstrahi. Aut si admotus manes apprehenderit: rapiat atq; auferat.

Adamas & venena irrita facit: & lymphationes abigit. metusq; natos expellit a mente. Ob id eum quidam anchiten vocauerunt.

Ca. vi. De smaragdi generibus.

Ertia auctoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis nullius coloris aspectus iocundior est. Nam herbas quoq; virentes frondesq; haud despectantes. Smaragdos vero tanto libentius: quoniam nil omnino viridis comparatum illis viret. Pretea sole gemmarum: cōtuitu oculos implent nec faciāt. Quin & ab intentione alia obscurata aspectu smaragdi recreantur acies. Scalpentibusq; gemmas: non alia gratior oculorum resectio est. Itayiridi leuitate lassitudinem mulcent. Preterea lon-

quinque amplificatur visu: inficientes circa se repercussum aera,
non sole mutata, non umbra, non lucernis, semperque sensim ra-
diantes; & visum admittentes: ad crassitudinem sui facilitate trans-
lucida, quod etiam in aquis non fit. Idem plerumque & cons-
caui ut visum colligant. Quapropter decreto hominum his par-
citur stalpi vetitis. Quorum vero corpus extensum est: eadem qua
specula ratione: supini imagines rerum reddunt. Nero princeps
gladiatorum pugnas cernebat smaragdo.

Genera eorum duodecim, nobilissimi scithici. Nullis maior
austeritas aut minus vitii. Et quantum smaragdi a gemmis distant: ta-
tum scithici a ceteris smaragdus. Proximam laudem habent si-
cut & sedem bactriani, quos in commissuris saxorum colligere di-
cuntur ethesiis flantibus. Tunc enim tellure internitent: quia his
ventis arene maxime mouentur. Sed hos minores multo scithicis
esse tradunt. Tertium locum egyptii: qui erunt circa copton
opidum thebaidis: in collibus & cauitibus. Reliqua in metallis ge-
nera aeris reperiuntur

Ca. vii. de opali
generibus.

Propter quam gemmam ab Antonio proscriptus nonius sena-
tor est. Illeque proscriptus fugiens hunc e fortunis suis omnibus
anulum abstulit secum: quem certum est sextertis viginti millibus
estimarum. Sed nimia antonii feritas & luxuria propter gemmam
proscribitis. Nec minor Nonii contumacia proscriptionem suam
annuentis: cum etiam fere abrosas partes corporis relinquunt bo-
stie: propter quas se periclitari sciunt.

Singulorum libido in gemmis singulis precia facit: precipue
regum.

Capitulum octauum. De car-
bunculis & aliis gemmis ar-
dentibus.

Horum quidam indici & garamantici. Adiciunt ethiopicos &
alabandicos. Preterea in omni genere masculi appellatur acri-
ores. Femine langindius refulgent.
Atiunt ab ethiopibus hebetiores: in aceto maceratos, xiiii. diebus
inteste: totidem mensibus durante fulgore. Adulterantur vitro
simillime. Sed deprenditur sicut & alie gemme facticie. Mollior
enim materia & fragilis deprenditur & quod minus est vitreis

Capitulum nonum de generibus
topacii & iaspide multiplici.

Gregia topacio gloria est suo virenti genere. & cum repa-
ta est prelate omnibus. Id accidit in arabie insula: que
chitis vocatur; In qua troglodite predones cum diutius fa-
me & tempestate pressi herbas radicesq; effoderent: eruerunt topa-
sion. Duo eius genera faciunt parafoidem atq; crisosteron. Ei^o
enim tota similitudo ad succum pori dirigitur. Est autem amplissi-
ma gemmarum. Eadem sola nobilium gemmarum limam feri-
tit. Cetera saxo & cote polliuntur. Hec & vsu atteritur. Comita-
tur eã similitudine potius q̄ auctoritate: calais viride pallens. am-
plitudine conspicua. sed fistulosa ac sordium plena. Que sunt
earum pulciores; oleo vnguento & etiam mero colorem deperdūt
Viliores constantius representant

Sed minus refert nationes q̄ bonitates distinguere. Optima
iaspis que purpure quicq; habet. secunda que rose. tertia que sma-
ragdi. Quarta apud grecos vocatur boria. celo autumnali matuti-
no similis. Et hec erit illa que vocatur arizeusa. Similis est sarde-
imitata & violas Publico gemmarum dominio in his tantum dato
quoniam optime signent.

Ca. x. de ametisto siue anterota & aliis
lapidibus. Et quibus locis inueniantur.

Anterotam quam alii veneris gemmã: magorũ vanitas resiste-
re ebrietati promittit. & inde appellatas. Et pretera si lune nomẽ
ac solis scribatur in his: atq; ita suspendatur collo e capillis cyno-
cephali vel plumis irundinis resistere veneficiis. Iam vero quoquõ
adesse reges adituris. Grandinẽ auertere quoq; ac similia prospe-
re: ac locustas precatõẽ addita quã demonstrant. Nam e smaragdus
quoq; similia promiscere: si aquile scalpẽtur aut scarabei. Que qui-
dem scripsisse eos non siue contemptu & irrisu generis humani ar-
bitror. Multũ ab ea distat iacintos. tamen e vicino descendens.
Differentia hec. q̄ ille emicans in ametisto fulgor violacens: dilu-
tus est in iacintho

Ca. xi. De iacintho & quibus
locis inuenitur & aliis gemmis.

Acintos ethiopia mittit Et chrisolitos aureo colore trãs-
lucentes. Preferuntur his indice. Et si varie non sint bac-
triane deterrime arabice quoniam turbide sunt & varie. &
fulgoris interpellati nubilo macularũ. Optime sunt: que in col-
latione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Celebrant &

astroiten mirasq; laudes eius in magicis cenisse artibus zero astrem
Astrubolon dicit oculis piscium similem esse: & radiare candido vt
solem. Est inter candidas que cerannia vocatur fulgorem fide-
deruz rapiens. Ipsa cristalina splendoris cerulei in carmania nascēs.
Lapis cerannia que appellatur iris. Effoditur in insula rubri maris
que distat a beronice vrbe .lx. M. passuum. Que sub tecto percussa
sole: species & colores arcus celestis in proximos parietes ei aculat
subinde mutans: magnaq; varietate admirationem sui augens.
Vna parte similis est cristallo.

Ca. xii. De multis gemmis
per ordinem alphabeti.

a Chates in magna fuit auctoritate: nunc in nulla. Reperta
primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis: postea
plurimis locis. Putant contra araneorum & scorpionum morsus
prodesse. Quod in siculis crediderim: quia primum eius prouintie
afflatu: scorpionum pestis extinguitur. Et in india inuente cōtra
eadem pollent. Et aliis magnis miraculis. Reddunt enim species
fluminum/nemorū/tumentorum. Spectasse etiam prodest oculis. Si
timq; sedant in os addite. Reperiuntur & in thracia circa ceram.
Et in parnafo & lesbo ac messane: similes ilitis floribus & rhedo.
A copis nitro similis est pumicosa aureis guttis stellata. Cum hoc
oleum subferuefactim: perunctis lassitudinem si credimus soluit.
Alleatorias in ventriculo gallinaceorum inuētas cristallina specie
magnitudine fabe. Quibus milonē crotoniēsem vsu in certami-
nibus: inuictū fuisse videri volunt. Amphitane alio noie criso-
cola. In indie parte vbi formice eruunt aurū in qua iuenitur quadra-
ta figura: affirmaturq; natura eius q̄ magnetis: nisi q̄ augere quo-
q; aurum traditur. Apisto septenis diebus calorem tenet cale-
facta igni. nigra ac ponderosa distinguentibus eam venis ruben-
tibus. Putant prodesse contra frigora.
Bronica capitibus testudinum similis: & tonitrua cadētia vt putat
restringit & fulminis ictum.
Cynodie inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis candide
et oblonge euentuq; mirande: si modo est fides: presagire eas ha-
bitum maris nubilo colore aut tranquillitate. Chelonia oculus
indice testudinis: portentosissima magorum. mendatiis. Melle enī
collecto ore impositam lingue: futurorum diuinationem prestare
promittunt: quintadecima luna & silente tota die. decrescēte vero

ante solis ortum. Chelonitides testudinum similes sunt: ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur.

Galathites coloris lactis est. In educatione nutricibus lactis fecunditatem. Infantiū quoque collo alligatā saluā facere dicunt. In ore autē liquefcere eandē memoriā adimere dicūt. Mittit eā achelous amnis

Helitropiū nascitur in ethiopia affrica cypro: porracei coloris sanguineis venis distincta. Causa noīs quā delecta inuas aque: fulgorem solis accedentē percussu sanguineo colore mutat, maxime ethiopica. Eadem extra aquā speculi mō solē accipit, deprēditque defectus: subeuntē lunā ostendens. Magorū impudētie vel manifestum hoc quoque exemplum: quā amixta herba helitropio quibusdam quoque additis precationibus gerentem conspici negent.

Hemathites in ethiopia quidē principaliter: sed & in arabia & affrica inueniunt. sanguineo colore. A rege aliquid petituris: zathalias babilonius dedit, & litibus iudiciisque interposuit. In preliis etiam eas salutare pronunciauit.

De lipare hoc traditur: suffita ea bestias omnis euocari. Seleuites ex cādido plucet melleo fulgore: imaginē lune continens. Redditque eam in dies singulos crescentis minuentisque numero, nascique putatur in arabia. Siderites ferro similis. litigio illata discordias facit, nascitur in ethiopia:

Ca. xiiii. de gemmis nascētibus & facticiis, & figuris gemmarum.

Coclides nunc vulgarissime fame fiunt veris quā nascunt: in arabia repte ingētibus glebis. Melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque siue intermissione: ita omni terreno puluere vitioque decusso. purgatā glebā artificū ingenio varie distribui in venas ductusque macularū quā maxime vendibili rōne secantiū. Et alias: omnis gēme mellis decoctu nitescunt: precipue corfici: in oī alio vsu acriora ab horrentes. Veras gēmas a falsis discernendi magna difficultas est. Quippe cum inuentum sit ex veris gemmis in alterius generis falsas traducere. Sardonices ex cerantis glutinat gēmis: ita vt prendi ars nō possit. aliunde nigro: aliunde cādido: aliunde Minio: sumptis oibus in suo genere probatissimis. Quinimo extant etiam commentarii auctorum (quos non equidem demonstrarim) quibus modis ex cristallo tingantur smaragdi: alieque translucentes gemme, Sardonix e sarda, neque est alia fraus vite lucrosior.

Ca. xv. de ratione probandarū gemmarum & qui fluuii gemmas reddāt

Os contra rationem deprendendi falsas demōstrabimus:
 n̄ q̄ etiā luxuriā aduersus fraudē muniri decet. Preter illa q̄
 in principalibus quibusdā ḡnibus diximus. Translucen-
 tes matutino p̄bri docent, aut si necesse est: in quartā horā, po-
 postea vetant. Experimēta pluribus modis cōstant. Primū pon-
 dere: si grauiores sensiunt. Post hec corpe: ficticiis pustule in pro-
 fundo apparent: scabricia in cute. In capillamēto fulgoris incōstās
 nitor. Decussi fragmēti paulū q̄ in lamina ferrea teratur efficacis-
 simum experimēto excusant mangones gēmarū. Recusant simili-
 ter & lime probatiōē. Obsidianace fragmēta veras gēmas non
 scarificant, ficticie scarificationis candidantiā fugiunt. Tantaq̄
 differentia est: vt alie ferro scalpi non possint, alie non nisi retuso.
 omnis adamante. Plurimum in his terebrarum profuit feruor. Gē
 miseri ānes: sunt oasis / mater / gāges. Terrarū aut oīm maxie idia.

Ca. vltimum de laude italie

In toto orbe, & in quecunq̄ celi cōcauitas vergit: pulcherrima
 est omnium rebus: meritoq̄ principatū nature obrinens italia: re-
 c̄rix parensq̄ mūdi altera, viris feminis ducibus, militibus / serui-
 tiis, artium prestātia, ingeniorū claritatibus. Iam situ ac salubritate
 celi atq̄ tēperie, accessu cunctarū gentium facili, litoribus por-
 tuosis, benigno ventorū afflatu. Inter ortus occasusq̄ media. Aq̄
 rum copia, nemorū salubritate ferorū animalium innocentia, soli
 fertilitate, pabuli vbertate. Qz quid est quo carere vita non de-
 beat: nusq̄ est prestantius. Metallis auri argenti eris q̄ dia libuit
 exercere nullis cessit. Ab ea exceptis indie fabulosis: proxime qui-
 dem duxerim hispaniam que circumdatur mari.

Finis libri tricesimi septimi et toti⁹
 excerpti per Robertum de valle Ro-
 thomagensis editi.

Sequitur huius operis conclusio.



Ompēdiōse huic resecationi finis est tandē prefigē-
 gendus: Grauiissime pater & eximie p̄sul. In ea tuis
 felicibus auspiciis agnoscēt oēs: q̄ a plinio nostro in
 suo cōgesta copiosissimo volumine maxime videā-
 tur mēoratu digna. In ipso equidē, integro codice
 tācti digna vbiq̄ nature documēta tractauerit: tū